

28 Tandem tandem in propositum accessimus. Quarunt homines oracula, quia illorum incerta sunt providentia. *His enim maxime viris iungitur Deus, eisque ad vitæ pericula suppeditas defert* (infit Maxim. Tyrius, serm. 26.) usque adeo ut eos omni protegat curâ, manus quoque quodammodo porrigat: hos utique vaticinijs servat, augurijs altis, nonnullos somnijs, vocibus admonet. Humanus animus est imbecillis mirum in modum, facileque ratiocinationibus in omnem partem fluctat. Quid si pessimus, sub peccato venundatus; quem terret nimis sonitus folij volantis? Non secus mens Achab, dum in pristinum statum sibi restituere cupiebat urbem Ramoth. Suos Deus protegit vaticinijs, sed ille cognoscebat non esse Deû; & quærebat oraculum, ut effugeret periculum. In quæ non erumpit affectata necessitas, & sciendi futura præceps aviditas!

*In speciem reddunt commercia mutua fundi:
Nec minus bos pulsat temeraria cura sciendi,
Cum tamen educas inferni sedibus umbras
Colloquium miscere putent, & nota referre
Spiritus erroris: sed qui bacebatur in istis,
Ad consulta parat vanis responsa figuris.*

Alc. Avit.

Canit Alcim. Avit. lib. 2. Genes. à v. 318. Cupiebat Achab exitum scire; & à veris vaticinijs non quærebat verum, in prudentiæ formam, sed ab eis duntaxat, qui loquerentur ad gratiam. Maximè habebantur quibus Deus dignabatur arcana credere; ut possent in eius nomine quæ ventura patefacere: impijque quæ nequibant æmulari, cogitantur invidere: ut per pseudovaticinium, vel vaticinium falsum, ad veritatis speciem sibi tantum conciliarent honorem. Notandum in propositi claritatem horum prophetantium discrimen. Non leve est inter falsum prophetam & prophetam mendacem. Falsus propheta mendacium dicit, sed mendax non est, quippe non ita contra mentem. Mendax propheta mentitur, quoniam vaticinium scienter fingit. Utrumque constat ex Sacra pagina. *Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiant vos: visione cordis sui loquuntur.* Ierem. 23. 16. Visione cordis sui, quia nihil videbant, sibi videre videbatur; ut oblioscatur populus meus nominis mei propter somnia cordis. v. 27. Ezech. 13. 17. Prophetæ de cordis suo, quippe transferunt in affectum cordis, ut videbimus, n. 30. 31. Seductionem cordis sui prophetant vobis. Ierem. 14. 14. Ideo dicuntur Pseudopropheta: Pseudos (inquit Passeratius) non tam significat falsitatem, quam omnimodam similitudinem: igitur in pseudopropheta agbat amor propitius & pravus affectus, quicquid in prophetis fau- dus operabatur Spiritus. Retorquatur Ovid. ubi sup.

Discrimen inter falsum prophetam & mendacem.

Passerat.

*At sacri vates, & Divinæ cura vocantur:
Sunt etiam qui illos Numen habere putent.*

Ovid.

29 Aliter mendaces qui in perniciem somnia visionesque fingunt. *Propheta docens mendacium.* Itai. 9. 15. *Propheta prophetabat mendacium, & sacerdos eius applaudebat manibus.* Ierem. 5. 31. 14. 14. & 27. 14. Ezech. 13. 9. & 22. 28. Quæ non assecuti huiusmodi impossuris? Præter sacra, quæ obvia; Ioseph 7. de Bell. cap. 11. ait: *His causa interitus quidam Pseudopropheta fuerat, qui eo die predicaverat in civitate, quod Deus in templum ascenderet, signa salutis accepturos, iuberet. Multi enim à tyrannici subornati tunc propheta.* Plausus, blandimen Potentium, gratia commoditas, munus utilitas, inter æquales splendor, ac dignitatis prophetica honor in huiusmodi technas illos impellebat. Ita enim fati extollebant tanquam Numina, à queis mirè accipiebant oracula. Suis coloribus pingit Serm. 3. Maxim. Tyr. *Deum censet* (infit) *egregiè curiosum, satagentem, fatuam, parùm præterea à circumforaneis artioli, qui obolis duobus poscentibus, quibuscunque de futuris respondeant, differentem?* Eadem apud Michæam, 3. 5. Huiusmodi falsos prophetas, prophetas scilicet Baal, insigantem Iezabel (etiam interfectis quadringentis quinquaginta ab Elia, veritate Deitatis illustri miraculo comprobata) consulit Achab, in expugnationem Ramoth: quia, ut ait Claudian. de Bell. Getic. vers. 530. dicebat.

Ioseph.

Propheta mendaces artificiosus veritatis.

Max. Tyr.

Hanc ego vel regno victor, vel morte tenebo.

Claudian.

Haud potius voto: etenim exercitu in prociñcto, ut mortemquireret, & urbem nullo modo infatuatis teneret. Qui electi in munus, avidum civitatis provocabant vaticinijs, genium mulcebant, & erga molimen Regis prophetantes prophetabant. Ex dictis facilis cuique expositio. *Propheta prophetabant.* En propositi scopum, sed aliquid singulare dicendum. Non propheta, qui non propheta: hi propheta non erant, quippe nesciebant, quæ prophetabant. Quo ergo iure, aut rationis specie & propheta dicantur, & prophetare? Erant

3. Reg. 22. 10.

30 Erant pseudopropheta, seu propheta non mendaces, sed falsi. Dati sunt in reprobam sensum ut vaticinarentur, quæ consultori nequaquam conveniebant. Non erant propheta mendaces, somnia & visiones ad lubitum comminantes: sed toto cælo ab exitu facinoris aberrabant, dum illis videbatur vera dicere, sed acti phantastica apparentis illuminationis specie: igitur permixta à Deo veritates demonis, simulatione fraudis, transfigurato illo in Angelum lucis; dum ambulabant in tenebris, imaginationis chæd, & Angelus Domini persequatur eos. Quare cum non esset discretio spirituum, nec discernent inter illustrationis formam, & illuminationis apparentiam; quò magis sibi videbantur videre, magis in visione seducti. Innuit vel Ethnicus:

*Videntes quidem primum frustra videbant:
Audientes non audiebant: sed somniorum
Formis similes, longo illo tempore
Omnia temere commiscebant.*

Propheta falsi ex prophetia spirituum apprehensum.

Æschyl.

Æschylus, in *Prometh.* v. 437. Specie veritatis, pondus sanè mains erroris. Ideo dicitur N. 22. *Decipies & prævalebis*: igitur licet in illis intus in vaticinium esset spiritus, nesciebant, quòd spiritus esset malus. Ingeniosè Caietanus hic. *Verè fuit spiritus falsus in ore prophetarum, qui non mentiebantur, sed falsum dicebant, putantes se verum dicere: & fuit officium spiritus, esse spiritum falsum in ore prophetarum: hoc est movere ac impellere prophetas ab intimi ad vaticinandum falsum: potest enim permissa spiritualis substantia movere phantasmata, & consequenter gignere apparitionem alicuius falsi, tanquam veri; nec non similiter excitare affectum ad illud dicendum.* Dicitur Ezech. 13. 3. *Vae prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum & nihil vident. Nunquid non visionem cassam vidistis; & divinationem mendacem locuti estis? & dicitis, Ait Dominus, cum ego non sim locutus.* V. 7. Sequebantur spiritum suum, non Dei; ita ut illis videretur illustrari cælesti lumine & Numine; dum magis phantasia careret verà in vaticinium illustratione.

Caietan.

31 De impotentis affectionis vi alibi diximus, *nimirum, Tom. 3. T. 2. D. 6. n. 7. Tom. 4. à n. 6. T. 7. & à n. 14. D. 1. n. 2. Tom. 5. T. 10. n. 21.* modò in rem audendus ex Aristotele, de *Somno & vigilia*, Rhodigin. lib. 7. cap. 29. *Descendente* (inquit) *plurimo sanguine ad principiam sensuum, simul descendunt forma in imaginatione concepta: atque ita demùm fit, ut que non sunt videantur; quæ admodum somniantibus contingere, scimus omnes. Quæ ratione possunt & demones humores commovere interiorum exteriorumque sensuum, atque ita ad organa formas aliquas inducere, perinde ac extrinsecus occurrerent, non solum dormientibus nobis, sed vigilantibus quoque; ut sic putemus aliqua extrinsecus vel esse, vel fieri; quæ tamen nec sint, nec fiunt. Quæ ratione perversa immundorum spirituum subtilitas & insatiabilis frus eludens spectatorum visus, virgas in dracones efformatas potuit prætere. In nostrum argumentum clarius Aristoteles *Problem.* sect. 30. cit. igitur vaticinia fieri dicitur à bilis ætu, circa sedem mentis succenso & inflammato. *Multi enim propheta (subdit) quòd ille calor sedi mentis in vicino est, morbis insaniam implicatur, & lymphatici sunt; unde Sibylla & bacebantes & divino spiritu afflati sunt, cum non morbo, sed temperie naturalis sunt.* Vide Valles. *Sacr. Philosoph.* cap. 30. & Avicenn. de *Excantation.* ubi eundem dicit fieri *imaginatione corrupta.* Quid mirum quòd propheta Achab sequerentur delirium falsa specie, corrupta in vaticinia futili imaginatione? *Confundentur* (ait Michæas) *qui vident visiones: & confundentur divini, & operient omnes vultus suos; quia non est responsum Dei.* Plus enim sicine Pseudopropheta falsi à diabolo decipiebantur, quam si vaticinia ipsi comminiferentur. Nequibat species illa esse per illuminationem, quæ nequit à diabolo esse (imò nec à bono Angelo, ut ait Bernard. in *Cantic.* serm. 5. & Suarius eximè astruit, de *Angelo*, lib. 6. cap. 16. à n. 10.) sed per imaginariam visionem, vel sensibile verbum: uti asserit D. Thom. loc. cit. q. 172. art. 5. ad 2. *tubdens: Quod demones ea qua sciunt hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus; sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibilibus colloquendo.* Hinc in antipropheta Michææ (qui aperta fronte, suo sensu abundans, vaticinium uti verum protegebat) exarsit furor; ita ut post percussione maxillæ illi diceret: *Me ne ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi?* V. 24. Erat profectò visio, sed ille non invenit visionem à Domino. Eius sanè intellectus amplexus est falsitatem ex spiritu erroris, ductas sine discretione apparenti veritatis. *Audisti qui dixerunt propheta prophetantes in nomine meo mendacium; atque dicentes, Somnia vi, somnia vi. Usque quò istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductionis cordis sui?* Ierem. 23. à 25. Ita fidem præbendo mendacis prophetarum non mendacium, sed falsorum; vulneratus est Achab, & vulnerere mortuus est.*

Quomòdò que non vident sibi videntur videntur.

Exod. 7. 12.

Aristotel.

Avicenn.

Mich. 5. 7.

Unde à demone illustratus decipit.

D. Thom.

3. Reg. 22. 24.

32. Sæpe dixi, geminationem verbi & nominis significationis eiusdem, continuationem alicuius propofiti, seu perflitentiam signare: ut *faciens facies: potens potens*? 1. Reg. 26. 25. *Benedicens benedixeris*. 1. Paral. 4. 10. *Plorans ploravit*: & sic alia. Unde *Propheta prophetabant*, nil aliud protendit, quam permanentiam in prolata prophetia. Ex quo elucet prophetantes, falsos esse prophetas: Deus loquens per os Sanctiorum, semel loquitur: & secundo idipsum non repetit. Ex pertinacia in prædictis, falsus apparet propheta: equidem indicatur visionis inflexibilis tenacitate, adhuc lumen vel species luminis permanere. Haud erubuit Isaias proterre vaticinium vaticinio contrarium, 4. Reg. 20. à v. 1. Quid de falsis dicit Dominus? *Quasi vulpes in desertis propheta tui Israël. Vident vana & divinant mendacium, cum Dominus non miserit eos; & perseveraverunt confirmare sermonem*: Ezech. 13. 4. 6. *Indicat* (ait Sanctius hic n. 10.) *obstinatum in eo divinandum, seu potius fallendum, genere consilium*. Hinc, *quasi vulpes fallendi arte*. Alij, *quasi lupi*, qui inflexibilis cervicis. *Lupi collam in eas brevitatis angustias* (inquit Ælian. ubi num. 25.) *compulsum, atque vehementer compressum est, ut contorqueri, extraque versari non queat*. Quasi lupi sunt prophetae falsi defendunt semper, studentes errori.

Et perflentia in errore

Sancti

Ælian.

Propheta non est habitus.

Luc. 3. 2.

Amos. 7. 14

Greg. Mag.

Falsi prophetantes non prophetant.

Greg. Mag.

1. Ecl. 5. 1.

Cur veri prophetant prophetant.

33. Accedit ratio Theologica signans illuminationem ex obstinatione, quia pseudopropheta videtur ad natum suum illuminationem dari. Prophetia non est habitus, ut cum velis quisque ad voluntatem utatur, sed est divina motio, quæ confertur & auferretur à Deo, quando & quomodo vult. Ita Scholastici cum Angel. Doctor. 2. 2. q. 171. art. 2. & Nos, Tom. 5. T. 7. n. 16. Parec etiam ex formula, qua exprimitur lumen intellectuale concedi prophetis super lumen rationis naturalis: igitur plerumque dicitur: *Facta super eum manus Domini*. Ezech. 1. 3. *Factum est Verbum Domini super Ieremiam*, cap. 1. 4. 7. 1. *super Ioan. nem*. Luc. 3. 2. In nullo prophetarum existerat verbum, si ad illos profectio est factum. Prophetæ qui Achab prophetabant, & ut falsi in vaticinio tenaciter persistebant. Prophetæ Amos de se dicit: *Non sum propheta*. In qua verba N. Gregor. lib. 2. in *Iob*, cap. 27. subdit: *Si prophetia spiritus prophetis semper adesset; inquisitus propheta non diceret: Non sum propheta. Quo modo autem propheta non fuit, qui de futuris tot vera prædixit? Aut quomodo propheta fuit, si de se in presenti vera denegavit? Quia eadem bonæ quæ requisitus est; prophetia sibi spiritum deesse sensit; de semetipso testimonium veraciter intulit: Non sum propheta. Non datur huiusmodi donum per modum formæ, aut qualitatæ permanentis, sed per modum illustrationis transeuntis. In prophetis aliquando manet; sed non permanet. Christi ergo privilegium est (modo & sensu quo diximus supr. n. 19.) ut ad libitum posset manifestare arcana, & futura. Incircò Ioann. 1. 33. dicitur: *Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est*. Prophetæ illi videntur falsa & stulta, nec aperiebant impio Regi iniquitatem & perfidiam; ut eum provocarent in penitentiam; at ille iacuit, quia garrientes in præfatis persistebant; & nequaquam; quippe illusi à diabolo, prophetantes prophetabant: felicitatem pro infortunio prædicentes, errorem foventes, sibi de lumine uti afflati gratulantes, verba quasi prophetica effutientes, ad vatium similitudinem loquentes, & enthusiasmos quasi arreptitij efformantes. Prophetant: *Pax erit vobis: non venit malum*. Falsi sunt. *Non revertetur furor Domini usque dum faciat, & usque dum compleat cogitationem cordis sui: in novissimis diebus intelligetis consilium eius*. Ierem. 23. à v. 16. *Propheta prophetabant in Baal*. 2. 8. & quia ex diabolo prophetabant, in falsitate & errore persistebant. *Propheta veri si quid aliquando per suum spiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per Spiritum Sanctum eruditè ciliis corrumpunt*. *Propheta autem falsi & falsa denuntiavit, & alieni à Spiritu Sancto in sua falsitate perdurant*. Greg. Magn. Homil. 1. in Ezechiel.*

34. De prophetis etiam veris eadem phrasis in Scriptura invenitur. Sanè, sed diverso sensu. *Prophetaverunt Aggeus propheta & Zacharias filius Addo prophetantes*. En discrimen. Falsi prophetarunt ad Achab, sed non prophetantes: quia eventus prophetiæ est veritatis infallibilis. Videbantur illorum verba prophetica, sed loquebantur in aëra, voces sine anima, atque cymbala tinnigntia: imò vaticinia effectui contraria, cum non voce, sed veritate comprobetur prophetia. *Hoc habebis signum* (dicitur Deuter. 18. 22.) *quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non evenierit; hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confixit*. Pseudoprophetae prophetabant, sensu quo supr. n. 22. idest, furebant. Veri, erant prophetae & prophetantes, quia eventu patuerunt vera illorum prophetata vaticinia. Pro intelligentia phrasis, operæ non leve pretium erit, delineare, cur modò in Scriptura dicitur *Propheta dixerunt, viderunt*, &c. & modò *Propheta prophetabant*, ut vidimus tot exemplis. Brevi exponam, ampliùsque clarebit ex infra di-

cendis tautologijs. Propheta dicitur, in quo aliquando patuit vaticinium, sive verum, sive falsum: unde communi nomine signatur in Scriptura, ut vidimus. *Prophetare prophetam*, est esse in actuali exercicio prophetandi; quo facile intelligitur plurima testimonia, ex nostris argumenti intelligentia. Papugis animum Regis Achab alienatio à rego civitatis Ramoth. Consultuit prophetas de exitu expeditionis: responderunt: *Ascende, & dabit eam Dominus in manu Regis*. Dum vocatur Michæas, suspicari sunt non credi à Regibus illorum vaticinium; & *universi prophetae prophetabant in conspectu eorum*. Quo patet, quòd qui habebantur ut prophetae, dum Michæas venit erant in actuali munere prophetandi. Idem de Aggæo & Zacharia. Habebantur ut prophetae Domini, quoniam ad ipsos sæpe factum eius verbum celesti lumine: at cum Iudæi in templi ædificationem excitarentur ad ipsos; dicuntur non solum prophetae, sed prophetantes: igitur qui toties prophetae divino afflatu in actuali prophetizandi exercicio, Exempta profana, iustra. Contra ponitur huiusmodi phrasi stylus allegationis testimoniorum Prophetarum: igitur dum dicitur *dicitur per prophetam*; intelligendum est, non solum dicitur, sed prædictum. Cum autem dicitur, *Dicitur per prophetam dicentem*, uti Math. 1. 22. 2. 17. 3. 3. Hebraismus est, qui exponitur per adverbium, *scilicet, Nimirum, Nempe*: in cuius signum profertur illic testimonium prædicentis: v. g. *Dicitur est à Domino per prophetam, dicentem* (videlicet) *Eccc virgo in utero habebit, &c.* Vid. dicta, Tom. 5. T. 6. à n. 27. Est huiusmodi expositione intelligantur Idiotissimi, sive Hebraice dialecti, dum de prædicti sermone fit verbum, ut *Ierem. 1. 4. 2. 1. Ezech. 6. 1. 7. 1. Ion. 1. 1. 3. 1.* (quod sæpe iteratur) *Factum est verbum Domini ad me dicens*; ly *Dicens* non tantum demonstrat per interpretationem *scilicet*, quod dictum est; sed actuali exercitum ex illustratione in prophetiam postea à vate profertendam: quo quidem stylo signatur prophetantes veros prophetas fuisse.

Quid, prædicere prophetam?

Verf. 6.

Verf. 10.

Math. 1. 22

Ierem. 1. 4.

35. Alia profundissima phrasis in huiusmodi tractu utitur Scriptura; putà, *Nuncius Domini de nuncijs Domini*. Usavenit in sacr. bibl. antecedens pro pronomine adiectivo, de quo alibi egimus, potissimè Tom. 3. T. 12. n. 18. Q. d. *Nuncius Domini de nuncijs eius*. Variè postsumus interpretari huiusmodi meditant locutionem exegeticam, seu exergasticam. Videtur signari propheta inter veros prophetas: apostoliceque, ignis propheta inter prophetas insignioris; sicut dixerunt de Assertore N. *Unum ex prophetis*. Math. 16. 14. hoc est, excellentissimum, sive excellentiorem. Prophetam magnum, Luc. 7. 16. seu verè prophetam. *Ioan. 6. 14. 7. 40. Verè*, haud quia alij pseudoprophetae; sed quia insignior, emphaticè, quasi Archipropheta: quo stylo summum in unoquoque genere designatur. *Deus Deus Domini*. Psalm. 49. 1. & 94. 3. (Dij vocantur Angeli) *Rex regum & dominus dominantium*. 1. Tim. 6. 15. *Apocal. 1. 5. & 17. 14.* Vide Prolog. Galeat. §. 4. u. 5. Scylus summè Plauto placuit. *Familie familiarum in Ampitruon*. Act. 1. scen. 1. v. 203. *Summa summorum*: in *Trucul. 1. 1. v. 4. Longè omnium longissima*: in *Mostell. 3. 3. v. 8. Meritis meritam*: in *Casin. 5. 4. v. 36. Non secus in argumento præsentis Nuncius de nuncijs, pro excellentissimo propheta; aut Domini nuncio. Homer. 9. Odysf. v. 474. Qui vaticinijs superabat & vaticinans.*

Ierem. 1. 4.

Aggæi. 1. 13 Antecedens prorelatiivo.

Ioan. 6. 14.

Verum pro summo & excellentiore Plaut.

Quid propheta de prophetis?

36. Alij pro *Nuncius* legunt: *Nuncia de nuncijs*. Ar. Montan. quasi non ad personam referretur excellentia, sed in prophetiam. Hoc est, nuncium inter nuncia singulare & maximam. Q. d. multa sæpe mihi Dominus vobis præcepit nunciare, sed non summum sicut modò: equidem inter nuncia nunciata summum nuncium: *Ego vobiscum sum, dicit Dominus*. Ibid. Ita Angelus, Luc. 2. 10. *Evangelizo vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Salvator*. Sicine tautologicè Homer. 15. *Odysf. v. 463. Ut nuncium nunciaret*. Euripid. in *Phaniss. v. 1081. Venisti novum nuncium nunciatus*. Plaut. in *Stich*: Act. 2. Scen. 3. v. 67. *Veni, ut nunciarem nuncium exoptabile*. Hebraismus enim constat, ut illud Genes. *Pluit Dominus ignem à Domino*: idest, singularem ignem, dignum admiratione, quippe non à viribus nature; ut observat Maluend. Semper enim specialis subintelligitur excellentia, dum rebus additur vox Domini, seu Dei; ut *Montes Dei, cedrus Dei*. Sæpe dixi Tom. priorib. Similiter in præsentiarum: *Nuncium de nuncijs*, mirabile scilicet nuncium, & admiratione ac gratitudine dignum. *Nuncium de nuncijs* intelligitur ab Origine Angelus de Angelis, qui assumpserunt carnem in ministerium misit, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Delirium: refutat Hieronym. hic, & quilibet cordatæ mentis. Unde quando legit Syr. *Angelus Domini in angelatione Domini*; nil plus signat quam ministrum in nuntiationis ministerio, seu legatum, ad nuncia Domini: igitur Græcè nuncium significat Angelus. Augustin. lib. 50. *Homil. homil. 50. cap. 10. ait: Angeli enim utique nuncijs sunt; unde & de Ioanne Baptista dictum est. Ego*

Incarnatio Verbi Dei, summum & estimabilem nuncium.

Genes. 19. 24.

Vox Dei addita rebus pro rerum excellentia.

Quæ sensu Baptista Angelus?

Augustin.
Hicronym.

ce mitto Angelam meum. Denique exponere possumus cum Hieronymo hic, *Nunciis Domini de nunciis Domini quasi dixisset, Propheeta de prophetis*. Nimirum, de misis à Domino ad prophetandum, & ad verum in arcanis prorsus dicendum. Ita Homer. 15. *Iliad.* v. 154. *Omnia nuncia hæc, neque falsa nuncia sis*. Euripid. in *Tauric.* v. 459. *Ad templum venit, neque nuncios falsos dixit pastoris vir*. Falsi propheta prophetant non prophetantes, quippe afflati spiritu falsitatis & erroris, & non à Domino misis. *Non misi eos, ait Dominus*. Jerem. 27. 15. 29. 9. Aggeus erat homo, & missus à Deo: nuncius Domini, utpote propheta verus, cuius verum testimonium, uti comprobaverat quodlibet ab illo vaticinium.

Rom. 12.7

37 Tam falsi quam mendaces propheta sibi arrogat ministerium extra officium, nec adimplent ministerium: igitur buccinantes non prophetant, dum ministerium, ad quod non electi, iactabundi ministrant; contra illud Pauli: *Ministerium in ministrando*. Ministerium signat munus, seu officium: & in officio est usus ministerij, qui dicitur ministratio. Ut totum sit consonum, & impletum ministerium: debet esse in munus vocatio, & ultra vocationem in ministerium electio; quia non currentis, neque volentis, sed miserentis est Dei. Ministratio igitur in ministerio ab electo rite fit, quando non ab ambitione, sed à Deo vocatur tanquam Aaron. Secus in falsis, seu mendacibus prophetis: equidem vel in ipsa officij administratione, nullum profecto sine gratia ministerij. *Aethiop. Ministerium iuxta ministerium*. Syr. *Ministerium in ministerio suo*. Quid hoc, exponit ibid. Paulus. *Habentes donationes* (inquit, v. 6.) *secundum gratiam dederunt: sive prophetiam, sive ministerium in ministrando*.

Quid ministratio in ministerio?

Apoc. 14. 2
1. Cor. 7. 20
Cur cithara & citharædo conferretur regimentum
Quid ministrare in ministrando?

38 Quomodo in ministerio ministracionis gratia, demonstrandum aliâ insigni difficultati Tautologia. *Audivi* (ait Ioannes) *voce de celo: & voce quam audivi, sicut citharædo rum, citharizantium in citharis suis*. Hic stylus per varia ac varia meditante glomeratus, denotat ex ministris, & actionibus; & actionibus; quàm sonorum, quòd *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat*. Hinc D. Thom. 3. *dist. 27. q. 1. a. 3. ad 52* signat pacis harmoniam, & tranquillitatis ordinem, quod in ordine cuncti & singuli sua loca teneant, & exercitia. Non consonum, imò absonum, & absurdum; quòd qui non citharædo citharizet, vel quòd non citharizet citharædos: vel quòd citharizet sine cithara, vel denique quòd citharizet, & non in cithara sua: quatenus hac metaphorâ exhiberetur ministerium sine administratione, administratio sine ministerio, ministratioque in officio proprio; ut eluceat uti turpis ministratio sine officio. Ordo in consonantiam recti regiminis est officium, officium creditum, officij usus, dexteritas officio fungentis, & voluntas in usu administrationis; ne ministerium habens sit otiosus ad opus & operam, vel mitet non habens, falcem in messem alienam: equidem qui inscius ministerij fungitur audacter officio, non ministrat ministrando. De Neantho cum cithara Orphei, diximus, *Tom. 1. T. 2. D. 72 n. 2. Cum lyram comperisset* (inquit Gyrald. *Dialog. 2. Histor. Poëtar.*) *arbores & frax traxisse, in eas venit habenda desiderium. Sinu lyram recondens, illamque mox fumens pulsabat: sed ut erat rudis, chordas confundebat, confusæque atque incondite tractabat; cum bellas ipse sibi placens divina quadam cantica ipsa lyra se cantaturum putaret, quibus omnes mulcerentur, sequè inde beatum fore Orphea scilicet heredem musica. Que dum agit, vices canes eo sonitu excitati, inflicem citharædam disperserunt. Ne adveniat in ordine confusio, & in citharædis cum calamitate projectio: ita Paulus alloquitur Ephesios: *Obsecro vos in Domino; ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis*. Ni hæcine vocatione non ambulatur dignè nec sese gerunt ministri erga munera præclarè. Dialecto nostra: *De passa passando assi, pero con indignidad*. Nihil ergo in opere, ut ait Horat. *de Arte* v. 194.*

Gyrald.

Ephes. 4. 1

Horat.

Nullas ad omnia

39 Ad unguem quadrat in huiusmodi harmoniam Pauli emblema ex officijs mema brotum humani corporis. *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alterius membra*. Rom. 12. à v. 4. Gratia gratis date illarumque usus, sicut munus membrorum, singula scilicet ad singula. Necesse est, quòd homo videat, audiat, &c. Munera diversa sunt, & in diversis corporis membris; quia in singulis singula sensationes, ut auris corporis videat per oculum, similiterque audiat oculum per aurem, murræque sint officiorum ministeria, ut alterius sint propria operatione singula. Ridiculum prorsus si auris vellet videre, & oculus desideraret audire: essent sanè & non essent oculi & aures. Citharizarent, sed non citharædi, nec in citharis suis: ministrarent, sed non ministrando.

ministrando, nec in ministerio suo: non starent in vocatione, quia à natura vocatus uniusquisque sensus, & in munus singulare constitutus. Non quia membrum corporis est, potest omnia, que in usum corporis munera necessaria. 1. Cor. 12. à v. 14. *Nam & corpus non est unum membrum sed multa, &c.*

Cur officia conferuntur corpori membris

40 Aliter sumitur moraliter, seu tropologicè; quatenus *vocatio qua vocati*, signet statum lucis & gratiæ. Unde Apostolus inquit alibi: *Vocavit nos vocatione sua sancta. Sancta*, id est, gratuita, ut subditur: *Non secundum opera nostra, sed secundum propitium suum, & gratiam, que data est nobis* (decreta dari: verbum reale pro mentali) in Christo Iesu ante tempora secularia: *manifestata est autem mens, per illuminationem Salvatoris N. Iesu Christi*, v. 10. Latè & floridissimè Augustin. *de grat. & liber. arbit.* cap. 5. Gratuita ergo, quippe ex mera gratia atque voluntate Dei, & non ex operibus iustitiæ, que fecimus nos: vocatio nimirum in admirabile lumen suum, ex tenebris in lucem splendendam, ac de peccatis per gratiam eius in gratiam; ut digne ambulemus, & per opera bona certam nostram vocationem faciamus, ostendentes qualem accepimus lucem per vocationis illuminationem; præclarè nos gerentes ad Angelos & ad homines, quia spectaculum facti sumus & Angelis & hominibus: etiamque ad vocatorem ad gratiam & gloriam; quo conflet, à quo qui vocati, vocati sunt, & ad quid. Variant enim homines in vocatione quotidie, studentes continuo variat, ut diximus ex Seneca, *Tautolog. 4. n. 1.* canitque Horatius, lib. 1. *Satyr. 1. à v. 1.*

2. Tim. 1. 9. Verbum reale pro mentali.

Quid vocatio ad vocationem?

Qui sit Macenas, ut nemo quam sibi fortem
Seu ratio dederit seu fors obiecerit, illa
Contentus vivat; laudet diversa sequentes?

Horat.

Unusquisque in qua vocatione vocatus permanet; quia non aptus regno cælorum, si retrò respiciat. Respondet Ethnicus Ethnicis: hic applicando pharmacum, dum ille regnavit morbum. Persius ita, *Satyr. 3. v. 67.*

Rare quise que sua forte contentus

Quid sumus, & quidnam visuri gignimur, ordo
Quis datus, aut meta qua mollis seruus, & ande,
Quantum elargiri deceat: quem te Deus esse
Iussit, & humanâ qua parte locatus in te.

Persius.

41 Phrasis cum expressione suppositi delicanda. *Vocatione vocari*, est Idiotismus Hebraicus, quo actio sumitur pro materia actionis, ut diximus *Tautolog. antic. n. 33.* sæpeque occurrit in Biblijs. *Vindicaverunt vindictam*. 1. Machab. 9. 42. id est, iniuriam. *The-saurizate thesauros*. Matth. 6. 20. divitias, nempe. *Vidi visionem*: hoc est, imaginem, & alia videnda in *Prolog. Galeat. §. 4. num. 9. & 10.* Pariformiter hic, *Vocatione vocari*, idem est, ac vocari ad gratiam statum, vel ad gratiam vocationis, ut cum illius perverantia, à quo gratia, detur gloria. *Matth. 10. 22.* En coeleste institutum.

Allo pro materia actionis.

Post illud levitas tibi libera non est.
Qua positus fueris in statione, manet.

Ovid.

Ovid. 2. *Pastor. v. 673.* Sic igitur geminantur huiusmodi voces, non tautologicè, sed emphaticè, pro attentionis ludio: ut mens tot geminationibus incumbat arcano. Quid Ethnicus succi dicit, 9. *Metam. fab. 11.* ubi:

Idem.

Somnia pondus habent? An habent & somnia pondus?

Totum tautologicum, ut verus impleteret hiatum. In Scriptura aliquid intenditur meditante ex regregatione verborum per modos varios, cuius exempla apposui *Tautolog. præc. n. 16.* Quo stylo utuntur etiam Profani, dum aliquid altius conantur exprimere. Homer. 5. *Odyss. v. 99.* *Perficere animus iussit, si possum perficere, & si perficiendum est*. In argumentum præiacentium Pleonasmorum, Sophocli. in *Philocli. v. 55.* *Administrare, quia administrator advenisti*. Etiam Aristophan. in *Avib. Act. 12. v. 57.* *Valde ignavè ministras in ministerio*. Homer. 18. *Iliad. v. 584.* *Citharâ sonorâ puer suaviter citharizabat: chorda bellè resonabat*. 4. *Odyss. à v. 16.* *Cantabat divinus cantor, citharam pulsans, & saltatores cantum auspicantes, saltabant*. Idem iterat, 1. *Odyss. v. 530-8. v. 531-17. n. 358.* & Q. *Callab. lib. 14. v. 134.* *Concinne concinentes*. Quibus phraibus, supposito explicito demonstratur opus in suo genere perfectum: sic dicitur *Cantic. 7. 1.* *Quæ fabricata sunt manu artificis*: hoc est, perfectissima monilia, affabre facta. Supponitur prorsum artifex in artificio, sed ut fignetur artificij absoluta perfectio; simul indicatur quòd necessariò supponitur. Vid. *Tom. 4. T. 2. n. 19.* Explicat Seneca, *Epist. 123.* *Cbrysalina & murrina, Scenec. celata magnorum artificum manu*. Scitissimè nimirum, eximie, perpolitè, aut subtiliter. *Vernaculè, Esmero, primor, defreza.* Orpheus, *Argonaut. v. 319.* *Manu doctâ*. Quo in-

Scenec.

cellis

Exod. 31. 3.
Hebr.
Malacend.

elliges illud Exod. 31. Implevi Beseleel Spiritu Dei (mirabili, scilicet; ut observavimus num. 36.) ad excogitandum quidquid fabricari potest: Hebr. Ad cogitandum cogitationes ad faciendum; ad imaginandum imaginationes. Malacend. Ad excogitare excogitationes ad facere in auro & argento: putà, opera ingeniosa, in summa perfectione perfectissimè. Quod quidem inquit, dum ibid. signatur: Spiritu Dei sapientiâ & intelligentiâ & scientiâ in omni opere.

Sibyllæ an fuerint

42 Pro complemento Tautologiæ ex affinitate prophetici argumenti quasi per saltum strictim dicam quid decantate Sibyllæ? Strictim, igitur amplissima videri possunt, apud Onuphr. Panvinium special. libell. de Sibyllis. Gyrard. Dialog. 2. Histor. Poëtar. Marc. Varon. de Reb. div. ad Cæsar. Gregor. Tolosan. lib. 1. 8. Synagm. cap. 6. num. 6. Dempster. in cap. 24. lib. 3. Rofin. Antiq. Rom. Syll. Senen. 2. Biblioth. v. Sibylla. Iacob. Bosium de Cruci. triumph. lib. 4. cap. 10. Theophil. Raynaud. Theolog. natur. distinct. 5. quæst. 2. art. 2. n. 194. Sererar. in Symbol. Athanas. n. 87. Salmier. Tom. 2. tract. 19. Barrad. Tom. 1. Concord. Evang. lib. 3. cap. 25. Azor 1. Infitus. lib. 9. cap. 24. quæst. 10. Vazquez. Tom. 2. in 1. p. disp. 132. cap. 2. n. 7. Alphons. Mendoz. Quodlib. q. 3. Scholast. n. 2. Suar. Tom. 1. in 3. p. disp. 3. sect. 2. n. 6. Eugubin. de Perenn. Philosph. lib. 1. cap. 1. alioque plures. Nullas fuisse in orbe asseruit Ioann. Froster. in Dictionar. verb. Kabal. sed Sibyllam dictam, quæ cabalam, facili inter Grecos commutatione K. in C. & C. in S. unde apud illos non dicta Sibylla, sed Sibulla; qua voce usus est Tacit. 6. Annal. cap. 6. Relatum (ait) inde ad Patres de libro Sibulle. Fiebatque frequenter commutatio Ipsilon apud Rom. in V. quapropter Sulla pro Sylla, & Sullanus proferebatur pro Syllanus. Hinc traditiones antiquorum Patriarcharum (dictæ Cabala, ut vidimus Tautolog. 1. n. 19. quæ dispersa inter filios, & ab his in Gentem, cum compilata fuissent; & ut vaticinia cultæ) pro Sybillis habitas, & illorum vaticinia sacra indigitata Oracula Sibyllina.

Froster.

Tacit.

An Sibylla à Cabala?

43 Non ingratum huiusmodi ratiocinium N. Quintanilla, lib. 1. de Tabernac. Fœder. sect. 5. astruitque ex proprio Marte, ideo dici Sibyllam Ægyptiam, Babylonicam, Persicam, &c. quippe per has regiones dispersi Hebræi: & cum ab his, suis quæ tradita Patribus, noretferent Gentibus (igitur illis tradita eloquia Dei) Gentis hæc audientes, quia cunctis commodum (ut illud apud Ricer. 2. de Divinat. quod etiam referunt Barron. in Appar. n. 23. & Genebr. Chronolog. Ann. Christ. 71. Regem citò venturum, sine quo homines salvi esse non possent) vaticinia adiungentes vaticinijs; huiusmodi sententiarum taxidicarum formulas vocaverunt Hebræi Cabalam, Gentisque Sibyllas. Harum oracula distinctis in nationibus dispersa, à Romanis collecta fuisse, servata & observata, summoque studio à XV. vicis custodita: propterea combusto Capitolio temporibus Syllanis, per alias atque alias Imperij vasti provincias, vigiles miserunt ministros, ut Romæ servarentur: quæ sita & inventa Oracula. Qui quidem libri (infit Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 16.) à Tarquino Superbo ere magno cœmpti, ad Cornelium usque Syllam mansere incolentes: tunc enim incenso Capitolio, quæ omnia perflagrarent, ipsi pariter absumpti fuere: sit enim erant in Capitolini Iovis templo, in arcalapidea, loco subterraneo, magna curâ studioque servati. Adi Plin. lib. 13. cap. 13. Aul. Gell. lib. 1. cap. 19. Solin. cap. 8. & Lactant. lib. 1. cap. 6. Ex pravitare Philosophorum vera falsis mista tradita vulgo; ut cum August. 2. de Doctrin. Christian. cap. 28. & 18. Civ. cap. 37. observavit Genebrard. de Trinit. lib. 1. Hinc quia ex collectis multa depravata, & apocrypha, Olevianus (infit Sueton. in co. cap. 31.) Postquam Pontificatum Max. quem nunquam vivo Lepido asserre sustinuerat, mortuo demum suscepit, quicquid fatidicorum librorum Græci, Latini que generis, nullis, vel parum idoneis auctoribus vulgò ferebantur, supra duo millia contracta undique cremavit; ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Idem refert Tacit. ubi dudum, fuisse. Roboravimus hinc congruentijs Frosteri ratiocinium, & Quintanill. cogitationem; sed aliquibus videbitur solummodo cogitatio.

Quintanill.

Oraculum de adventu Christi, paucis annis ante adventu. Ciccr.

Alex. ab Alex.

Quanto studio quaesita & servata Oracula Sibyllina?

Sueton. Adulterata recitata.

Feminae & virgines fuerunt.

44 Feminas & virgines fuisse plurimi DD. testantur, dictasque Sibyllas, quasi Thebolas, Dei nuncias, eiusque consiliorum; sicque honoratas tanquam à consilijs Dei. Lactant. 1. de Divin. in fit. cap. 6. Etiam dubium, an una vel plures. Garminius Sibulla (subdit Tacit. d.) una, seu plures fuere. Plinius unam dicit, lib. 7. cap. 33. Placcr Rhodiog. (etsi Varro apud Augustin. 18. Civ. cap. 23. plures, non unam dixit) qui illum filiam Dardani facit; Sibyllam nomine; ex qua (ait lib. 14. cap. 1.) in vaticinatricem omnes propagatum fuit nomen. Idem Theophil. Antiochen. lib. 2. Antolye. qui in fit: Sibylla Græcorum, & reliquarum gentium prophetissa. Uterque Clemens asilipulatur Alexar drine, in

in Protreptic. dicens: Hæc vobis præcepit prophetica & poetica Sibylla. Romanus, lib. 5. Apofolic. constit. cap. 8. ubi: Qui Scripturis nostris non credunt, sicut eis fidem vates eorum Sibylla. Etiam hoc argumentum pro Cabala: verum communi pro Cabala non una, sed decem statuantur.

Clem. Alex. Clem. Pap.

45 A quo spiritu afflatas, etiam creperum. Rhodigin. d. lib. 21. cap. 37. quippe cum hocine donum sit commune bonis & malis, & multoties non sit discretio spirituum, specie lucis poterant falli calliditate demonis, moventis humores; ut vaticinarentur iuxta conceptas imaginatione species. Appofitè D. Thom. 2. 2. q. 172. art. 6. ad 1. exponit: Propheeta demonum non semper loquuntur ex demonum revelatione; sed interdum ex inspiratione divina, sicut manifestè legitur de Balaâm, licet esset propheeta demonum; quia Deus utitur etiam malis ad utilitatem honorum. Unde & per prophetas demonum aliqua vera prænuntiat: tum ut credibilior fiat veritas, qua etiam ex adversarijs testimonium habet: tum etiam quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur. Unde etiam Sibylla multa vera prædixerunt de Christo. In pessimis fuisse; patet Ioann. 11. 51. & Matth. 7. 22. Multi dicunt mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? Argumentum sequitur Iulenter Sherlog. in Cantis. Antilog. 7. sect. 8. à n. 71. Aliqui cogitant illis concessum à natura futura fari, sicut Pythonysis à terra Cicero 1. de Divinat. in fit: Vt terra Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam. Plato in Phædr. uti Ethnicus delirat, tribuendo Apollini, Baccho, Musis & Veneri divinationis furorem. Veneri tribuitur furor amoris. Hinc Ennius;

Quo spiritu probata vint?

D. Thom.

Cicero. Quibus nam dijs Ethnici tribuunt vaticinias Enn.

Atque Anchises doctum Venus quem pulchra Dearum Fari donavit, divinum & patris habere.

Fari, idest, vaticinari, ut ait Varro, 5. de Ling. Latin. & Delr. in Senec. Oedip. v. 328. De potètis iam diximus num. 25. potèssimè de Æschylo, de cuius Gorgia, dicata Musis, quia semper ebrius scribebat, dictum fuit: Adscribi debebat Baccho. Huic ergo dicata Orgia, quæ furentes femina celebrabant, dictæ iure propter furorem Baccha. Apollini, seu Phæbo attributa quoque vaticinia, qua de causa Pythia dicta Phæbas. Ab hoc affata Sibylle iuxta mentem Priscorum, ut refert Cæcl. Rhodigin. lib. 7. cap. 29. Sol numquam mens, nostras mentes ex sese velut scintillas funditans, vehementius accensas futuri compotes efficit: unde mira Sibyllarum constant prælagia. Quare Plato Natura tribuit Sibyllarum vaticinia, ex qualitatum quodam temperamento. Quod autem demerita humane (ait Dialog. de Natura) Deus divinatam vim dederit, illud argumento esse potest, quod nemo dum sano mentis est, divinum & veram vaticiniam ullam assequitur: sed cum vel somno prudentis vis præpedita est, vel oppressa morbo, vel divino aliquo raptu à sua sede dimota, fieri divinatios solet. Plura refert & refutat Augustin. 12. de Genes. ad liter. à cap. 13. & D. Thom. loc. cit. q. 172. art. 1. Non enim voluntate humanâ allata est aliquando prophetia. 2. Petr. 1. 21.

Gyrard.

Cæcl. Rhodigin.

Plato.

46 Afflatas fuisse Sibyllas à malo spiritu, & exagitatas à demone, asserunt Abulen. in 13. Iosue, q. 14. Bellarm. lib. 4. de Notis Eccles. cap. 15. Delr. 4. Disq. Magic. cap. 1. q. 1. & cap. 2. q. 6. Raphaël Torres Tom. 2. de Religio. q. 95. art. 3. disp. 3. & denique Laurent. Ananias, de Natur. demon. lib. 2. cap. 12. Ambrosius expressè docet in 1. Cor. 2. v. 12. Spiritus tamen mundi hic est, per quem arripiuntur phanatici, qui sine Deo sunt. Est enim inter mundanos spiritus potior; unde soler coniecturis quo mundi sunt divinare, quem Pythonem appellant. Hic est, qui per versimilia fallitur & fallit. Hic est, qui per Sibyllam locutus est, sensum nostram secutus, locum volens inter cæciles habere. Introitus demonis est deceptio, atque circumventio humanæ incaute mentis decipula veritatis. Potestates autem aëres superba atque fallaces (infit Augustin. lib. 4. de Trinitat. cap. 17.) etiam si quadam de societate, atque civitate Sanctorum, & de vero Mediatore à Sanctis Prophetis, vel Angelis audita, per suos vates dixisse reperiantur, id egerunt ut per bac aliena, vera etiam, fideles Dei si possent, ad sua falsa traducerent. Deus autem per nescientes id egit; ut veritas undique resonaret, fidelibus in adiutorium, impijs in testimonium. Nihil plus dici potest in proposito; si non superno, sed diabolico pneumate fuit afflata Sibylla; quæ tot conformia protulerant veritati. Diabolus interdum veritatem dicit (ait imperfect. Homil. 19. in Matth. prop. fin.) Gonessa sum est autem diabolo & interdum verum dicere, ut mendacium suum rarè veritate commendet. His veris (à prophetis auditis) Sibyllarum diabolus imbuere vaticinia; ut crederentur reliqua potius mendacia. Incircò Sibylla dicitur agitata à diabolo & arcepta Tom. V. l. 1.

Azitate à demone.

Ambrosi.

Car sit. vates in vaticinijs Augustina.

Imper.

ia: equidem si Sibylla à Pythonissa, seu Phœbade videtur alia; à Iamblico, ut diximus, n. 23. & Cœl. Rhodigin. lib. 8. cap. 15. Pythonissa quæ Delphis, appellatur Sibylla.

Divino of-
fate Spiritu

47. Econtrâ verò divino afflata spiritica, astruunt Hieronym. lib. 1. *Contra Iovinian.* cap. 26. Beda de *Oracul. Sibyllin.* in Tom. 2. Clem. Alex. 6. *Strom.* cap. 2. Isidor. 8. *Ety- mol.* cap. 8. Vincent. Bellovacens. in *Histor. specul.* lib. 2. à cap. 100. Syst. Senens. cir. P. Blesens. de *Perfid. Iudaor.* cap. 18. Cassianus p. 12. *Catalog. glor. Mund.* confid. 20. alique flores. August. 18. *Civit.* cap. 23. *Sibylla Erythraea, sive Cumana* (inquit) *nihil habet in toto carmine suo, quod ad Deorum falsorum, sive fictorum cultum pertineat: quinimò ita etiam contra eos, & contra cultores eorum loquitur; ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad civitatem Dei.* Carmina inveni apud Theophil. Antiochen. ubi supr.

August.

Erubescite, muselas & bestias consecrantes, Et lapideas statuas, & simulacra manufacta, Et in itineribus lapidum acervos: hæc adorati, Et alia multa vana, qua sanè turpe predicari. Sunt enim Dii hominum deceptorum stultorum: Horum ex ore funditur lethale venenum.

Sibyll. Ery-
thr.

Idem asserit Lactantius 1. Div. instr. cap. 6. Sed quid de reicctione idolorum & colentium, ut illa pertineat ad electorum civitatem? Quæ non dixit Orpheus? Quæ non Mercurius Trifmegistus? Illorum veritates pertinebunt ad Civitatem Dei, sed non illi; sicut nullo modo Caiphas & Balsam. Multa prædicantur instinctu quodam, impulso spiritu nescientiam; sicut Caiphas nescivit quid dixit: ait Augustin. loc. cit. de *Trinitat.* & 13. *Contr. Faust.* cap. 15. *Sibylla & Orpheus & nescio quis Hermes, & si qui alij vates vel Theologi, vel Philosophi Gentium de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixisse seu dixisse perhibetur. Valet quidem aliquid, ad Paganorum vanitatem revincendam; non tamen ad ipsorum auctoritatem amplectendam, cum illam Deum nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere poterunt, qui suos congenitales ad idola & demonia colenda, partim docere ausi sunt, partim prohibere ausi non sunt.*

An paganae?

48. De Paulo scimus, multa ad Gentiles ex Gentilibus dixisse; *Aët.* 17. à v. 26. Ex *Arato Phœnom.* v. 5. *A Iove principium: huius etenim genus sumus.* Homer. 7. *Odys.* v. 208. *A Iove sunt omnes.* Ex Orpheo Hymn. in *Iovem*, sumptis: *In quo vivimus, movemur & sumus.* Quod supr. n. 17. diximus de auctoritate Epimenidis, asserit Callimach. Hymn. in *Iov.* v. 8. *Cretenses semper mendaces.* Quinimò ut ait Clemens Alex. 6. *Stromat.* cap. 2. Paulus monebat Gentes legere Sibyllam & Hyltaspen (quis fuerit, Hyltaspen, vid. apud Gentian. hic. La-Zerd. in *Adversar. sacr.* cap. 189. n. 9. Sherlog. *Antiq. Hebr.* lib. 1. disertat. 4. sect. 15. n. 109. Baron. in *Apparat.* n. 19. & Gyrard. de *Poëtar. histor.* dialog. 1. & 3.) ut in illis viderent, quæ predicabat de Christo, prædicta. Sanè, & ab spiritu agatho, quorum prædictiones spectabant ad nostram civitatem; sed nequaquam illi, quia cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt. Dum verò Paulus five de Callimacho, five de Epimenide, dicit: *Proprius ipsorum propheta;* intelligendum est *Poëta*, hoc est *Vates*, vox anceps ad *Poëtas* & *Prophetas*, ut diximus n. 17. 25. A *Cæsaribus* vetitum penâ capitis, ne legerentur Hyltaspen, Sibyllæ & *Prophetarum* libri; quoniam in his legebatur Christus, & demon volebat sub servitute eos habere; quod perficere non potuerunt. Ita Iustin. in *Apolog.* & Bulenger. 4. de *Divinat.* cap. 1. Hæc problematice discendi, ut unusquisque suo sensu abundet.

August.

Paulus mul-
ta testimo-
nia Genti-
lium protu-
lit in illo-
rum conver-
sionem.

Hyltaspen
Vates est
Ethnicus.

Tib. 1. 2.

Delesu Chri-
sto Sibylla-
rum oracu-
la.

Tiburina.
Samia.

Phrygia.

Hellepon-
tica.

Libya.

49. Oracula Sibyllina videnda Tom. 8. *Biblioth. SS. PP.* Aliqua apud System Senens. Augustin. Cassianum locis cit. & Lactant. lib. 4. cap. 18. Ex his selectiora decerpta, & Senis in templo sculpta, refert Georg. Draudius, in *Solin.* cap. 9. quæ sunt huiusmodi: *Nascetur Christus in Betlehem, & annuntiabitur in Nazareth, regnante Tandro Pacifico, fundatore quietis. O felix mater, cuius ubera ipsum lactabant!* Hæc Sibylla Tiburtina: *Samia verò: Tu enim stulta Iudæa, Deum tuum non cognovisti, ladentem mortalium mentibus; sed spiriti coronasti, horridurnaque felissivisti.* Phrygia insit: *Tu- ba de celo iustissimam emittet vocem, Tartaream vocem ostendat debilem terra: ve- nient ad tribunal Dei Reges omnes. Deus ipse iudicans pius & impiis simul; tum im- piis in ignem & tenebras mittet: qui autem pietatem tenuerit, iterum vivent.* Hellepon- tica autem: *In cibum fel, in potum acetum dederunt: hæc inhospitalitatis monstrabunt mensam. Templi verò scindetur velum, & medid die nox erit tenebrosa tribus horis.* Li- byca enim: *In vitanus iniquas veniet, Dabunt Deo alas manus incestis, Miserabilis*

Et ignominiosus mirabilibus spem præbebit. Cumæa verò: *Mortis satum finiet, somno trium dierum suscepto; tunc à mortuis regressus in lucem veniet, primus resurrectionis initium ostendens.* Delphica quidem: *Ipsam tuum cognosce Deum, qui Dei est filius.* Cumana, de qua factum Virgilij, *Ecol.* 4.

Cumæa.

Delphica.

Cumana.

Erythraea.

Perfice.

Ioseph.

Mirum va-
ticinium de
Hierosolymi-
tano excidio

Variet. test.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna: Jam nova progenies cælo demittitur alto.

Erythraea verò: *De excelso calorum habitaculo prospexit Dominus humiles servos, & nascetur in diebus novissimis de virgine, Hebraea in cunabulis terra. Denique Perfica: Panibus quinque, & piscibus duobus hominum millia quinque in eremo satiabit; & reliquias tollens, duodecim copinos implebit in spem multorum.* Rem mirabilem narrat Ioseph. 7. de Bell. cap. 12. de quodam Iesu, filio Anani, rustico. *Quadriennio priusquam bellum gereretur, in summa civitatis pace atque opulentia, cum ad festum diem venisset, quo ategias (Tabernacula) in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos est; repente exclamare cepit: Vox ab Oriente, Vox ab Occidente, Vox à quatuor ventis, Vox in Hierosoly- mam & templum, Vox in Maritus novos, novæque nuptias, Vox in omnem hanc populum; atque hæc interdum nocturne clamitans, omnes civitatis vicus circuebat. Magistratus autem rati, quod erat verum, magis divinum esse hominis motum, ducunt eum ad Romanorum Præfictum: ubi plagis usque ad ossa laseratus; neque supplex cuiquam fuit, neque lacrymavit: sed ut poterat inclivans magis stabiliter vocem, ad singulos ictus respondebat: Veb veb Hierosolymsis. Maxime autem diebus festis vociferabatur, idque per annos septem & quinque menses; neque voce raucior fuit. Obsidionis tempore quievit: supra murum enim circumiens, iterum Veb veb civitati ac sano ac populo voce maximâ clamitabat: cum autem ad extremum addidit, Veb etiam mihi; lapis tormento missus eum statim peremit. An hoc à Deo, Deus scit: quomodo etiam Sibyllæ prophetantes prophe- tabant.*

50. Hoc argumentum Tautologiae principalis: *Universa propheta prophetabant.* 2. Paral. 18. 9. *Propheta vaticinabantur.* Ita alij synonymicè, ut vidimus in Liter. *Vaticinij prophetabant; Prophetabant prophetantes.* Maluend. *Propheta prophetantes sic: Pro- pheta prophetare se facientes.* Excogitemus aliqua, ut videamus in cælo à quo prophetia; igitur Spiritu-Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. *Propheta prophetabant.* Vocati fuerunt in munus prophetarum, ut actione & exercitio comprobarent ministerium. Officij materia sine actione est profectò sine forma: & in prophetarum munere, iurè dicitur quòd prophetabant prophete; quia persistebant actione in opere ad quod vocati.
- 2. *Propheta prophetabant.* Phrasè signat & nobile ministerium, & continuationem etiam miraculorum. Eluxit in Magno Gregorio, sine munere & cum munere huiusmodi magnitudo, dum claruit prodigium multis & spectaculum orbis: igitur assumptus in dignitatem, mirabiliora patravit; quia in defectu dignitatis se mirabilem ostendit.
- 3. *Propheta prophetabant.* Continuationem ministerij verba signant. Per modum transitus datur huiusmodi gratia: & in prophetis proponitur mira; sed quòd in actio- ne transeuntis, esset modus permanentis.
- 4. *Propheta prophetabant.* Cantores cantabunt. Est officium sine munere? Profectò, ni qui cantat, canter corde: igitur cælo musica non est, si in voce canentis duntaxat auditur vox.
- 5. *Propheta prophetabant.* Signatur munus & opus, ut opere pateat munus. Videtur evanidis accipientibus officium, officium accepisse & nequaquam ministerium: officiumque ministerium dicitur; ut officium urentis, uti officium cognoscatur: etenim si ministrando comprobatur ministerium; sine officij servitute non est officium.
- 6. *Propheta prophetabant.* Huiusmodi clausula taxatur barbarulum voluntaria legibus expressis glossa. Hi prophetæ dicuntur delirij, quippe affliti à demone. Causidici dum prophetant, non prophetant; sed delirant: siquidem quod dicere debent lege, dicunt furorè.